Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



49

Retribuebant mihi mala pro bonis factis tam in
veteri testamento quam in nouo / ego attuli eis vitam / ipsi
mortem retribuerunt / ego honores / ipsi contumelias / ego
medicinam / ipsi infirmitatem / cum in cibis meis esset fides
et salus eorum / in omnibus hijs retribuebant sterilitatem
animae meae quia in eis fructum fidei repire non potui
Illi retribuebant mihi mala Ego autem cum mihi mo-
lesti essent et in me seuirent induebar cilicio carnis hua
ne similis alijs hominibus non exercui potentiam diuitatis
in eos sed magis quasi vnus de pectoribus reputatus omia
patienter sustinui
Affligebar in anima mea ieiunio eo quod nulla bona
opa in iudeis inuenirem que in epulas spiales assumere
qui tamen esuriebam et sitiebam salutem eorum et mihi ipso
minus oratio mea ex quo detestabiles iudei suscipere non
meruerit in secretum pectoris mei vnde fuerat egressa re
meabat
Licet mihi molesti forent iudei / ego tamen Ut mihi
complacebam in eis me habendo ad eos sicut ad proximu
et sicut ad fratrem qui eos docebam ne delinquerent et quando
p ipsis in cruce positus supplicabam / et tamen cum nollent
conuerti / ego sic dolore humiliabar / quasi pater lugens
filium: et contristatus de morte filij sic afflugebar de per-
ditione eorum
Hijs non obstantibus ipsi iudei ingrati Et maliuoli
impia libertate letati sunt in hijs que mihi aduersa
fuerunt conuenerunt in vnam prauam voluntatem ut me
comprehensum crucifigerent parata sunt sup me varia tor-
menta et ignominiam / quare mihi hoc faciebant quia
s non promeruit
Dissipati sunt / dissoluti et attoniti visis miraculis
in passione / dum sol tenebras accepit / terra tremuit / velu
templi scissum est / nec tm p duricia cordis compuncti sut
de sua iniquitate ad pniam sed temptauerunt me dicentes